

tulfus judex et ppls Justinopol. idest caput Istriae et cum Insula et cum domino nřo Petro Polano Dei grat. duce Venec. Dalmacie atq. Croacie et cum suis successorib. ppctaliter.

Primum itaque debet unusquisque concivis et habitator ejusdem Justinopol. et prefate Insule facere fidelitatem sancto Marco et duci venec. Sane stabilitum est inter nos q. quantoq venec. mandaverit quindecim galeas et nob. notificatum fuerit a duce venec. q. nos debemus venire in Venec. et recipere unam galeam sarcinatam si illam nob. dederit et armare illam debemus cum nřo expendio et ire cum ceteris galeis in servitium venec. ubicumq. ip e iverit. Si vero Venec. amplius fecit nos tantum unam galeam armare debemus. Verum si dux vel suus missus iverit p. commune ad praeliandum de Venec. usq. ad Ragusium et de Venec. usque ad Anconam et infra easdem partes, eodem modo nos hōes supscripte Justinopol. et Insule scđum nřum posse cum eis in servitium Venec. ire debemus; homines quidem Venec. cum illor. habere et bonis salvi et securi debet eē in omnib. ptinentiis nřis. Si vero aliquis Veneticus passus fuerit aliquam incomoditatem a nřis concivib. sedm morem nře terre ill. emendatum eē debet. Homines itaque suprascripte Justinopol. et Insule fidelitatem ducib. qui ppctaliter erunt in Veneciis jurare debent ut suprascripta sunt. Bannum vero qd. Venec. collocaverit de ōi genere frumenti et leguminis sicut Venetici constricti erunt p. sacramentum eodem modo p. sacramentum debemus observare. Si quis igitur nostror. de pdicto frumento et leguminib. comparaverit infra sup scriptum Bañum iurare debet q. estraneis hominib. illud vendere non debeat sed pro utilitate sua et suorum concivium nisi forte pmissum fuerit a duce Venec. vel suo misso. Actum est in curia Dñi nři Petri Polani Ducis in presentia judicium et sapientium eius. Ego Bartholomeus sacri palatii notarius hoc exemplum sup tum ex autentico sigillo cereo sigillato bona fide ut cop erii scripsi et exemplavi nil addens vel minuens qd. sententiam mutet. Currente anno Dñi Millesimo CCXXXIV ind. septima mense Octobr.

---